



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Sabbato post pentecosten

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

bona. Et hoc in Christum & Iudæos subauditur.

Dico autem uobis.

¶ Ac si diceret: uerbum quod non ædificat audientes, non erit absque periculo loquentis: quanto magis uos qui opera spiritus sancti calumniamini, dicentes opera Beelzebub?

Omne uerbum ociosum &c.

¶ Ociosum uerbum est, quod sine utilitate loquentis & audientis dicitur: siue quod ratione & pietate caret, siue quod nec boni nec mali aliquid agit. reddet rationem.

id est, animam suam.

Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. ¶ Id est, uel hic, uel in futuro. Per oris ergo locutionem dominus uersa, que uel actu uel facto uel cogitatu de corde proferimus, insinuat, que magis quam hominibus dicta, nuda & opera sunt oculis eius. Nam & mortis est scripturarum, uerba, p rebus ponere. Vnde Psa' 34. Plalmista: Dic, inquit, animæ meæ, salus tua ego Isâ 39. sum. Et Iezechias: Nō fuit uerbū, quod non ostenderem eis, qui utiq; rerū, & non uerborū Chaldæis reuelauit arcana. Itē Apostolus: Et nemo dicit dominum Iesum, nisi in spū sancto, pro eo ut diceret: Nemo dominū Iesum intellectu cernit, nemo uoluntate amplectitur, nisi per gratiā spiritus sancti.

1. Cor. 12

SABBATO POST PENTECOSTEN. Luca III.

In illo tēpore Surgens Iesus de synagoga, Introiuit in domum Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus. Et rell.

P v

**C**um uenisset Iesus in domum Petri, uidit sorum eius iacentem & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Hoc factum Marcus & Lucas narrant, priusquam de leproso dicant. Sed nihil obstat narrandi diuersitas, ubi eadem res nunciatur, maxime cum Lucas historia scribat narrationem, sicut in capite superius dictum est. [Surgen. Iesus de synagoga, introiit in domum Simonis.] Matthaeus uero ordinem mysterij secutus. Synagoga graece, de qua Iesus surge, edicitur, latine congregatio dicitur, quod proprium nomen Iudaeorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie synagoga dici solet, quamuis & ecclesia dicta sit: nostram autem apostoli nunquam synagoga dixērunt, sed semper ecclesiam: siue discernendi causa, siue quod inter congregationem, unde synagoga, & conuocationem, unde ecclesia nomen accepit, distat aliquid, quod si congregari & pecora solent, quorum & greges proprie dicimus: conuocari autem magis est utentium ratione, sicut homines sunt. [Introuit in domum Simonis] Spiritualiter domus Simonis Petri, ecclesia significat. Socros, id est, mater eius uxoris, cuius pater socer dicitur. Socrus ipsius Petri, synagogam significat, quam iacentem & febricitantem Iesus inuenit, id est, in litera legis & inuidia manentem, quae in fine crederet, saluatis gentibus, ut est illud. Cum introierit plenitudo gentium, tunc de Israele reliqui salui fient.

Rom. 11

Tenebatur magis febris, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febrim, & dimisit eam. [Si uirum a daemone (parum superius in textu euangelij narrat) liberatum, mo-

raliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus, consequenter remina febris tenta, sed ad imperiū domini curata, carnem ostēdit a concupiscentiæ suę feruore, per continentię præcepta frenatam. Omnis em̄ amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia, spiritus immundi furor est. Fornicationem uero, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, febrem illecebrosæ carnis intellige. [Et stans sup̄ illam, imperauit febrī, & dimisit eam.] Quæritur, cur tertio loco focius Petri sanatur. Quia mulier in exordio mundi tertia errauit persona: siue quod synagoga ex tertio filio Noë (id est Sē) orta est cuius figura gerit. Sed dominus saluator noster modo rogatus, modo ultero, curat ægros, ostendens contra peccatorum quoque passiones, & precibus semper annuere fidelium, & ea quæ ipsi minime in se intelligunt, uel intelligenda dare, uel etiam non intellecta dimittere, iuxta quod Psalmista postulat. Delicta quis intelligit? Ab oculis meis munda me domine. Ephē. 4.  
Psal. 18.

Et continuo surgens, ministrabat illis.

¶ Naturale est febricitantibus, incipiēte sanitate, lassescere, & ægrotationis sentire molestiā. Verū sanitas, quæ dñi confertur imperio, simul tota redit. Non solum ipsa prædit, sed & tanto robore comitante, ut eis continuo, qui se adiuuerant, ministrare sufficiat. & iuxta leges tropologia, mēbra quæ seruiant immunditiæ ad iniquitatem, ut sacrificarent morti, seruiant iustitiæ in uitam æternam. Rom. 6

Cum sol autem occidisset, omnes qui habe-

bant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. **I**tem Solis occubitus passionem mortemque significat illius, qui dixit: Quoadiu in mundo sum, lux sum mundi. Et sole occidente, plures demoniaci, quam ante, plures que sanantur aegroti. Quia qui temporaliter in carne uiuens, paucos Iudaeorum docuit, calcato regno mortis, omnibus per orbem gentibus fidei salutisque dona transmisit. Cuius ministris quasi uitae lucisque praeconiibus, Psalmista canit: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum quippe dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestauit.

**Psal. 67.**

**Exibant autem demonia a multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpatis, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. **I**tem demonia filium dei confitebantur, & attestante euangelista, [sciebant ipsum esse Christum.] Quia quem dierum quadraginta ieiunio fatigarum diabolus hominem cognouerat, nec tentando ualebat, an dei filius esset, experiri, iam nunc per signorum potentiam uel intellexit, uel potius suspicatus est se filium dei. Non igitur ideo Iudaeis eum crucifigere persuasit, quia Christum, siue dei filium non esse putauit, sed quia morte se illius non praecidit esse damnandum. Vere enim de hoc mysterio a seculis abscondito dicit Apostolus, quod nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Quare autem demonia dominus de se loqui prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait. Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? &c. ne quis, dum praedicant**

**1. Cor. 2.**

**Psal. 49**

tem audit, sequatur errantem. Improbus autē magister est diabolus, qui falsa ueris saepe permiscet, ut specie ueritatis, testimonium fraudis obtexat. Alias autem non solum dæmones, qui inuiti confitebantur, iubentur flere de Christo: sed & illi, qui ab eo sanati, sponte confiteri uolebāt, imo ipsi apostoli, qui eum post resurrectionem toto orbe erāt predicaturi, ante passionē eius præcipiuntur omnino reticere de illo: ne diuina uidelicet maiestate prædicata, passionis dispensatio differetur: & dilata passioe, salus mūdi quæ per hanc futura erat, negaretur.

Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & uenerunt usque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. ¶ Si occasu solis domini mors exprimitur saluatoris, quare non die redeunte resurrectio illius indicetur, qui manifesta luce a credentium turbis inquiritur, & in gentium deserto inuentus, ne ab eis detinetur, maxime cum hæc prima sabbati, quo resurrectio celebrata est, egressio, quæ sitio, & inuentio contigerit?

Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. ¶ Et ut Marcus ait: Abiit in desertum gentium, ibique in suis fidelibus orabat, quia corda eorum per gratiam sui spiritus ad uirtutem orationis excitabat.

### IN OCTAVA PENTECOSTES.

Apocalypseos quarto.

In diebus illis Vidi ostium apertum in celo. Et reliqua.